

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et  
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1647**

§. 10. Exempla eorum, qui in pœnam à dæmone sunt inseſi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](#)

quorum corpora obtenturi sunt, penetrare; nisi prius eorum mentes cogitationesq[ue] possederint. Quos cùm timore ac memoria Dei, vel spiritali meditatione nudauerint, velut exarmatos omni præsidio, ac munitione diuina nudatos, facile vincendos audenter inuadunt: domicilium deinceps in ijs, velut in possessione sibi tradita præsumentes.

## §. X.

*Exempla eorum, qui in pœnam à dæmonsunt infessi.*

Potest hoc innumeris exemplis illustra-

**Metaphr.** ri, atque in primis eo, quod in vita S. Tryphonis legimus. Adducta erat, ad hunc

santum Gordiani Imperatoris filia, à malo dæmons in fessa. Eum dæmonem adiurans Tryphon interrogauit, cur ausus es-  
set in puellam hanc intrare? Coactus igitur pater mendacij dicere veritatem, re-  
spondit: *Dæmones in illos habere potestatem,*  
*qui opera iisdem grata exercent: qualia sunt,*  
*cultus simulachrorum, blasphemia, adulteria,*

**Sigebert.** *veneficia, innidia, cædes &c.* Verum hoc esse,  
**circa An.** docet historia S. Kiliani à nobis alibi reci-  
tata. Summa est. Persuaserat Kilianus Franconiæ Duci, ut Geilanam fratri eius  
coniugem dimitteret, ne alter Herodes fie-

ret.

ret. Id mœchæ fuit peracerbum. In vltio-  
nem igitur Kilianum interfici iussit. Sed &  
Geilana experta est diuinam Nemesin, à  
dæmone enim correpta truculentas pœnas  
dedit. Scribit in Arnolphi vita Lisiardus,  
D. Arnolphum cùm pacem etiam atq; eti-  
am suaderet, à Folcardo homine potente  
præ sanè arroganter contemptum fuisse:  
ob quem fastum spiritus superbiæ in eum  
accepit potestatem, illumq; possidens mi-  
serandum in modum lacerauit. Gunderi-  
cus Wandalorum rex templum statuerat  
compilare; in ipso adhu limine erat, cùm  
eum vindex Genius malus anteuertit, &  
priùs in illum, quàm ille in templum intra-  
uit. Nihil hoc noui. Iama olim *Deus misit*  
*in impios iram indignationis sua, indignatio-*  
*nem, & iram, & tribulationem, immisiones*  
*per angelos malos.* Cur non per angelos  
malos? qui contra Pharaonem aliosque  
peccatores ipsas bestias armauit? Sunt an-  
geli isti bestijs etiam sœuiores.

## §. XI.

*Ob leniores quoque culpas dæmoni in homines*  
*dari potestatem.*

Sed bestiæ istæ catenis vincitæ, custo-  
dijsque clausæ tenentur; irrumpere non  
possunt;

Aug. 2  
10 ab. 1  
480. 10

Lisiard.  
in vita S.  
Arnolphii  
cap. 41.

Psal. 77.  
49.